



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 3. Quomodo iuspatronatus tra[n]sferatur ex permutatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

trebellianica. Tiraquell. de
 priuileg. piæ causæ priuil. 27.
 vel quando à testatore trebel-
 lianicæ deductio est prohibi-
 ta, tunc iuspatronatus transit
 in fideicommissarium. Lam-
 bertin. vbi supra artic. 35. Si
 28 autem † patronus moriatur
 absque hærede, vel ex testa-

mento, vel ab intestato, tunc
 ecclesia remanet libera. Abb.
 in cap. 1. num. 10. de elect.
 sunt tamen aliqui, qui dicunt
 hoc casu succedere Fiscum
 in hereditate. l. 1. C. vnde vir.
 & vxor. ergo & in iurepatro-
 natus succedit, de quo infra
 videbimus.

CAPVT TERTIVM.

Quomodo iuspatronatus transferatur ex permutatione.

SUMMARIVM.

- 1 *Iuspatronatus transfertur
 per permutationem.*
- 2 *In permutatione iurispat-
 ronatus quando requiratur
 consensus Episcopi.*
- 3 *Iuspatronatus de per se
 consideratum non potest per-
 mutari.*

1 **T**Ransit etiam iuspatro-
 natus † de vno in alium
 per permutationem; laicus ta-
 men non potest permutare
 iuspatronatus, cum ecclesia
 accipiendo aliam ecclesiam,
 nisi quando laicus habet cõ-
 munionem in iurepatronatus

cum ecclesia. Archidiaconus. in c.
 vnico col. 2. de iurepat. lib. 6.
 tunc enim ratione commu-
 nionis fit permutatio etiam
 sine consensu Episcopi. Pa-
 troni autem diuersarum ec-
 clesiarum possunt permutare
 iuspatronatus inter se. Doct.
 in Rubr. & in cap. cum secu-
 lum de iurepatronatus. cle-
 ment. plures. vbi glos. in
 2 verb. libere. de iurepat. Nec
 requiritur consensus Episco-
 pi, quando fit permutatio cū
 ecclesia. dicto cap. vnico de
 iurepatronat. lib. 6. quando
 autem fit permutatio iurispat-
 ronatus inter laicos, requiri-
 tur consensus Episcopi. Rocc.
 de

de Curte de iurepatr. in verbo ipse, velis à quo quæst. 16. num. 28. Iuspatron. autem ꝑ de per se consideratum non potest permutari cum alia re profana, quia simonia committeretur. Cardin. in dicto

cap. cum seculum. gloss. in dicta Clement. plures in verbo libere. Hostien. in summa tit. de iurepatr. §. qualiter transferatur, versiculo res permutata; tangit Abb. in cap. quærimoniam num. 4. de iurepat.

CAPVT QVARTVM.

Quomodo transferatur iuspatronatus ex donatione.

SVMMARIVM.

- 1 Iuspatronatus transfertur per donationem.
 - 2 Cum consensu Episcopi.
 - 3 Donans iuspatronatus, si quid recipiat, simoniam commisit.
 - 4 Donatarius si presentare debeat ad alterius voluntatem conuentio hæc non tenet.
 - 5 Donatarij si plures sint, & vnus renunciat, alijs accrescit.
 - 6 Ius accrescendi vbi locum habeat.
 - 7 Iuspatronatus non venit in donatione omnium iurium.
 - 8 Nisi in ea dictum sit accedente consensu Episcopi.
 - 9 In donatione iurispatronatus quid seruandum.
- Praxis Iurispatron.

1 **T**Ransit etiam ꝑ iuspatronatus de vno in alium per donationem. gloss. in cap. piæ mentis. 16. quæst. 7. Doct. in Rubr. & in cap. cum seculum de iurepatronatus, & est tex. in cap. ex insinuatione; vbi gloss. in verbo liberaliter, & in cap. nullus de iurepatronatus, & hanc esse communem opinionem testatur Lambertin. vbi supra lib. 1. par. 2. quæst. 4. art. 1. Et sic per donationem transfertur iuspatronatus de laico in laicum ꝑ cum consensu Episcopi. Illustrissimus Card. Mant. decis. 86. num. 5. Rot. Rom. alias sine dicto consensu non valet. Illustrissimus Card. Seraphin. decis. 884. num. 1. Rot. Rom.